

Hujus latus tertium aut majus est alterutro æqualium (ut in Triangulo ABC , in quo latera AC & BC sunt æqualia, tertium autem latus AB majus est alterutro æqualium): aut iisdem minus, ut in Triangulo DEF , in quo latera DF & FE quidem sunt æqualia iterum, sed tertium DE alterutro eorum minus. Illud deinceps dicitur prima, hoc secunda speciei.



Triangulum Inæquilaterum, quod Græci *σκάληνον* dicunt, est, cujus omnia latera inæqualia sunt.

Tale est Triangulum ABC , cujus latus CB reliquorum singulis est minus, AB majus, AC verò majore minus, minore majus.




Respectu angulorum Triangulum omne est vel Rectangulum vel Obliquangulum.

Triangulum Rectangulum, quod Græci *ὀρθογώνιον* vocant, est, quod unum angulum Rectum habet.

Hujusmodi Triangulum meruit ab Artificibus dici *Magister Mathematicos*, ob ineffabilem usum pariter & præ reliquis præ eminentiam: potestq; esse vel *Æquicrurum* primæ speciei, vel *Inæquilaterum*: nunquam

verò *Æquilaterum* vel *Æquicrurum* secundæ speciei. *Æquicrurum* Trianguli ad C Rectanguli exemplum esto Triangulum ABC : Inæquilate-



ri verò ad F Rectanguli Triangulum DEF . Vulgò in Triangulis Res

D J

lis Res